Concilium constantinopolitanū



Secunda synodus vniuersalis fuit cōstātinopolitana: centū quinquaginta patrū graciani τ theodosij principum ac damasi pape cyrilliqꝫ hierosolymitani atqꝫ nectarij alexandrini patriarche tpibus. cōtra macedoniū cōstantinopolitanuz epm τ eudoxiū qui negabant spm̄sanctū deū esse. Et hi oēs cōdēnata p̄fata heresi: quatuor canones statuere. Iste em̄ macedoni9 patriarchalē sedē furtiue ac tyrānice occupauit. quo deposito nectari9 a patrib9 electus fuit. postea deū vnū τ viuificantē τ deū spm̄sanctū. τ p̄ri filioqꝫ cōsubstātialē declarantes simbolo addiderūt. p̄terea ꝯ appollinarē laodicie epm̄ τ sabellū blasphemos. τ qui similia sentiebāt anathema ꝓtulerūt. Cū carne xp̄i inaīatā esse dicebant: sine aīa rōnabili atqꝫ intellectu humano τ ī morte triduana diuinitatē cōmortuā fuisse asserebāt. In p̄dicta q̄ȝ synodo theodosi9 impator resistens patrib9: hos psuasionib9 seduxit: vt (ignorāte sūmo pōtifice) cōstantinopolitanā sedē in p̄riarchatū sublimarūt qđ postea seminariū discordie fuit

Dydimus alexandrin9 a teneris annis oculis captus. τ ob id etiā primoꝝ litteraꝝ ignarus ita geometriā τ dialeticā que magno vsu indigent iam grandis natu cum primis elementis didicit vt p̄clara quedam opera in mathematicis scripserit. In psalmis quoqꝫ τ in euangeliū mathei τ iohannis τ contra arrianos multa edidit. Miscebat em̄ precibus studia τ laborē: cōtinuasqꝫ vigilias: vt qđ alijs visus illi conferret auditus.

Radagasus rex gothoꝝ



Ingressus tum sub honorio impatore italiā oīm antiquoꝝ p̄ſētiūqꝫ hostium inter hec acta longe īmanissim9 radagasus gothoꝝ rex τ in totā repētino impetu inuadit italiā ferro ac flāma oīa vastabat. Nā fuisse in ei9 populo plusqꝫ ducenta milia gothoꝝ ferūt. Hic supra hanc incredibilē multitudinē indomitamqꝫ virtutē barbarus erat τ scytha: qui oēm humani generis sanguinē dijs suis xp̄inare deuouerat. Inuadit illico romam pauoꝛ infinitus: fit oīm paganoꝝ in vrbe cōcursus declamaꝛ a cunctis. sed hec ideo ꝑpeti qđ neglecta fuerūt magnoꝝ sacra deoꝝ: fere in tota vrbe blasphemie ad nomē xp̄i tanqꝫ lues aliqua ꝓbris ingrauanꝛ. Conducunꝛ a romanis aduersus eū duo pagani duces: gothoꝝ sarus τ vi ridunus hunoꝝ contritus diuinitus radagasus in aspero fesulani montis iugo quo cū fame τ siti cōficerenꝛ. Rex solus spem fuge sumēs: captus a romanis in vincula conijciꝛ: ac paulisper retentus vita priuaꝛ. Tanta vero multitudo captiuoꝝ gothoꝝ fuisse ferꝛ: vt in vilissimarū pecuduz modum: singulis aureis passim greges hoīm venderenꝛ.

Alaric9 rex gothoꝝ



Huic vero successit alaricus quē stilco regni cupidus cū supare posset τ voluit τ iuuit. Uerū postremo italiā ingressus cū ab honorio sedē qua cuz suo exercitu ꝯsistere posset expeteret. Honori9 deliberato ꝯsilio ei gallias cōcessit: q̄ dum gallias pergens ob repatione iumentoꝝ apud polentiā aliquātulū resedisset. Stilco comes in pnitionē reipublice gothos ꝑtentās. belli summā saulo pagano cōmisit: qui ipso die sacratissimo pasce gothis nil suspicantib9 sup eos irruit: magnāqꝫ eoꝝ partē ꝓstrauit. demū arma accipiūt ꝓsternūt exercitū. hinc in rabiē furoris exercitanꝛ: omissa gallia romā contēdunt. cuncta p que ierant igni ferroqꝫ vastantes. Nec mora vrbem romam capiunt deuastant incendunt. Anno eiusdē cōdite millesimo centesimo sexagesimo quarto. salutis vo xp̄iane anno duodecimo τ quadringētesimo. hac tū moderatione visus est alaricus τ clemētia vt suis mādauerit: a cede τ sanguine quoad fieri poterat abstinere. vtue cōfugientibus ad basilicas petri τ pauli parcereꝛ. Rex vero tercio die ab vrbe discedens in lucanos τ brucios proficisciꝛ. inde in siciliā transfretare cupientes ꝑpessi naufragiū. Inter hec alaricus apō cesentiā morte subita defunct9 est. Gothi eū in basento amne sepelierūt cū multis opibus.

Athaulphus rex



Regē deinceps athaulphū alarici affinē gothi ꝯstituētes. qui ob affinitatez τ gen9 succedit: romā redeūt: si quid residui fuit: more locustarū eradūt. auferētes deinde gallā placidā supioris theodosij filiā sororem honorij. quam sibi athaulph9 apud foꝝ cornelij cōnubio copulauit. que multo post reipu. cōmodo fuit. Nam ad hoc animū mariti subtilib9 blandimentis inflexit. vt vltro a romanis cedib9 temperatum. In aīo ei prius fuerat vrbem romam delere: ac nouā coderezeamqꝫ gothiā appellare. τ impatoribus nomē de se relinquere: vt nō augusti deinceps sed athaulphi vocarent. Mentē eius placida auertit. ac fedus inter eū τ honoriuz ac theodosum iuniorē composuit: qui ad gallias proficiscens apud barcelonē fraude suoꝝ occasus est.